

ais? num te aliquis accusauit? Non enim te alium accusasse putarem. s.o.c. Non sanè. E.V.T. At verò te alius s.o.c. Profus. E.V.T. Quid ille? s.o.c.R. Nec ipse quidem, ò Euthyphro, virum hunc satis agnosco. Iuuenis enim quidam & ignotus esse videtur: vocant autem illum vt putò, Mellitum ex Pittheo populo, si quem tu Pittheum Melitum noscis, prolixis defluxit que capillum, aquilino & gibboso naso, barbæque rara. E.V.T. Haud recordor, ò Socrates, sed cuius te ream fecit? s.o.c. Cuiusca profectò qua: mihi nequignaua, neque ab humili aut omisso animo profecta videatur. Nā iuuenem hominem rem tantā nouisse, nō vile quiddam est. Ille si quidem vt ait quomodo iuuenes corrumpantur, & qui eos corrūpāt, intelligit, ac sapiens quidam videtur, me amque inscitiam cōspiciat quasi suos, æquales peruertit, ad patriam me velut ad matrem accusaturus confugit, adeò vt mihi solus ipse rectè præesse rebus ciuilibus videatur. Nam in primis iuueni cura suscipienda est, vt quam optimi viri fiant: quemadmodum bonum agricultorem teneriores primū plantas curare decet, ac deinceps alius prouidere. Etenim & Melitus fortasse primū nos purgat iuuenem (vt ait) germina corrumptentes, posthac senioribus quoque curam adhibens plurimorum ingentiumque bonorum ciuitati causa erit, vt cōsentaneum est eum facere, qui principium huiusmodi dedit. E.V.T. Vellem equidem, ò Socrates, fidei verorē contra contingat. Nam prorsus ab ipsa Vesta mihi videtur huic viri nocere vel se, qui iniuria te afficere tentat. Et mihi dicas, quid te agentem iuuentem inspicere prædicat? s.o.c. Absurda quæda auditur, ò vir mirifice. Inquit enim consistere me esse deorum, & vt nouos inducentem deos, proficos verò negantem, me, vt ait, his de causis in iudicium vocauit. E.V.T. Intelligo iam, ò Socrates, quòd ipse demonium tibi passim adesse profiteris. Vnde aduersus te tanquā diuinas res innouantem, accusationē hanc in se scriptis, & in iudiciū te calumniatorius aduentat, quippe cum nouerit ista facile vulgo calumniā fibere posse. Me quoque cum de diuinis in concione per tractò, futura prænuuntians, tanquam infamentem ridet, licet nihil vnquā nisi verum prædixerim. Nobis enim ceterisque huius generis omnibus inuidet: nihil autem de iis curandam, sed interim eadem ratione pergendum. s.o.c. O amice Euthyphro, irrideri fortassis nil refert. Atheniensibus in cepe, vt mihi videtur, non admodū curæ est, si quæ doctrina & eruditione præstare putent, modo ne sua perdoceat alios. Quem verò peritiam propria ceteros inuident sentiant, indignantur, siue id iuore quodam vt asseris, conciti, siue alia de causa. E.V.T. Equidem isthuc, quo tādē modo erga me affecti sunt, haud admodū experiri cupio. s.o.c. Fortè enim tu raro te ipsum alius exhibere videris, tuamque nolle sapientiā propagare. Ego autem verorē ne ob humanitatem, qua erga mortales omnes sum, passim & effuse nimis viuicuique me præbere viro ipsis videat, non sine mercede duntaxat, verumetiam vitò me meaque offerre solitus, si quis audire modo velit. Si me igitur, vt nunc dicebā, derisuri essent, quædāmodum tu derideri te dicis, nihil sanè molestem foret à iocantibus ridētibūque in iudiciū trahi. Sin isthuc serio contendunt, quò tandē res euadat, præterquam vobis vaticinantibus incertū est. E.V.T. Nihil fortè negotij, ò Socrates erit: quin tu quidē, pro mentis viribus in causa tua certabis, ego autē vt arbitror in mea. s.o.c. Num aliqua

Vide Eras. mō ab ipse lare.

etiam tibi causa estereus ageris, an accusas? E.V. Acuso. s.o.c. Quem? E.V.T. Quem dum persequor, insani re videor. s.o.c. Quid volentem forte quempiam persequeris? E.V.T. Procul admodum abest vt volet, quātam grandis est natus. s.o.c. Quis ille? E.V.T. Pater meus s.o.c. Tuusne, ò vir optime? E.V.T. Prosum inquam. s.o.c. Quod crimen? Hæc causa? E.V.T. Homidij, Socrates. s.o.c. Prò Hercules, nimirum, ò Euthyphro ignorat vulgò quo pacto hoc rectè fiat. Neque enim puto cuiusuis opus est rectè hæc agere, sed alicuius sapientia longè prouedi. E.V.T. Longè per louem. s.o.c. An domesticorum quispiam à patre peremptus est? nimirum felicit. Non enim ob extraneum aliquem homicidij patrem accusares. E.V. Rediculum est, ò Socrates, si quid interesse censes domesticusne an extraneus sit occisus, neque id duntaxat obseruandum esse, vt cum iure occiderit, quisquis occidit, necne. Quod si iure, dimitendum: sin autem iniuria, persequendum, præsertim si qui peremit, domesticus conuictusque sit. Æque enim inquitur autem si scelere cōsij acquirereceremus, nec illa atque nos ipsos iudicio expiaremus: quanquam qui perit, ceteris atque ministris meis erat, qui cum in Naxo in agricultura incuberemus, nobis mercedē seruauit. contamelia igitur & ira in domesticum quædā nostrum cōcitus eum cōtinuò iugulauit. Vnde pater obligatis manib. ac pedibus in foueam cōiecit, atque huc misit hominem, qui iuris interpretem quid agendum esset interrogaret. Interea vindictam illum vt homicidam neglexit, quasi nihil omnino referret, si fortè moreretur: quod & accidit nā priusquam ab interprete nuntius ipse rediret, fame, frigore, vniculis perit. Hac de causa pater ceterique propinqui grauiter ferunt, quòd propter homicidæ mortem patrem reum necis perieram, qui vt ipsi aiunt, minimè interfecit, vel si etiam intermisisset, de homicidæ interitu nihil esset curandum. Impium enim esse ferunt filium patri diem dicere, malè diudicantes, ò Socrates, quomodo diuinum nomen circa sanctum prophanum se habeat. s.o.c. Bellum igitur inter deos agitari iniuicem arbitraris, inimicitia que graues & pugnas aliæque permulta, quæ à poëris, & peritis scriptoribus memorantur? Vnde & alia nobis sacra huiusmodi varietate sunt plena, & in magnis Panathenæis pepulum istarum varietatō plenum in arcem inferunt. An hæc vera, ò Euthyphro, esse fatebimur? E.V.T. Non hæc sola ò Socrates, sed quod paulò antè dixeram, alia quoque multa, si velis, de diuinis exponam: que cum audieris, fat scio obstupesces. s.o.c. Nequaquam miraretur verum ista deinceps maiori cum otio referes, in præsentia verò quod modo queriū explicare plantis nitere. Neque enim principio sufficenter amice me docuisti, cum quid sanctum esset interrogarem: sed id sanctum esse dixisti, quod tu nunc ageres, dum necis reum patrem tuum accusas. E.V.T. Et vera nimirum, ò Socrates dixi. s.o.c. Fortè, sed num alia multa, ò Euthyphro sancta nuncupas? E.V.T. Et alia. s.o.c. Recordare igitur quòd non te hortabar, vt vnū me aut duo ex multis sanctis, sed illam ipsam speciem, qua cuncta sancta, sunt sancta, doceres. Dixisti enim vna idea omnia sancta, sancta esse, atque vna iterū qua sunt prophana, prophana. An non meministi? E.V.T. Equidem. s.o.c. Quænam sit igitur ea ipsa idea mihi demonstra, vt ad illam respiciens, cæque tanquam exemplari aliquo vtens, quodeunque tu, vel alius quiuis tale facias, sanctum esse dicat: quod autem dissimile, negem. E.V.T. Si ita vis ò Socrates, ita dicam. s.o.c. Imò volo. E.V.T. Quod qui-

Prima definitio sancti.

Confutatio.

norim quòd & alius fortasse quidam, & Melitus iste te quidem me vidisse quidē videtur: me verò sic acute profus, facileque peripexit, vt impietatis hic accusauerit. Nunc cetero, per louem mihi dicas quòd planè nosse asseuerasti, quod ipsum, quidē impium esse velis, & in necē, & in ceteris omnibus. An non idem est in singulis actionibus ipsum tibi sanctū? & prophanum rursus omne sancto contrarium, ipsum vero sibi ipsi consimile, vniūque secundum quod prophanum est, ideam habet, quodeunque prophanum esse debet? E.V.T. Omnino, ò Socrates. s.o.c. Dic ergo quid sanctum, quid prophanum vocas? E.V.T. Sanctum quidem voco, quod ipse nunc facio. Eum qui iniuste agit vel circa cedes, vel sacrilegia, vel aliud huius generis, in iudicium trahere, seu pater, siue mater, siue quis alius deliquerit: at non persequi, prophanū. Quin vide querò, ò Socrates, quam validam tibi leges coniecturam referam, quòd ita sit quemadmodum alius quoque narraui, decens tum demum rectè agi, cum nulli profus peccanti quisquis ille sit, parcerimus. Nam hi homines credunt louem ipsum deorum omnium optimū atque iustissimū esse: quom tamen patre suum ligauisse fatentur, quòd natos absque iure deuorauisset. Illū præterea patre castrauisse ob talia quædam asserit. Mihi verò succentit quòd parentem iniustitiæ obnoxium persequor. Atque ita homines sibi sibi ipsi tã de diis quàm de me contraria sentiunt. s.o.c. Atqui hæc ob causam, ò Euthyphro accufor, neque quid respondeam satis habeo. Nam quoties de diis talia quædam quis diceret, molestè ferebat, quæ de causa, vt videtur, peccare me ferunt. Nunc autem tibi hæc ita videtur harum rerum perito, necesse est nos etiam consentire, quid enim aliud diceremus quippe qui nihil de iis intelligere prædicemus. Ceterum per louem amicabilem mihi dicas, an ipse sic ista reuera tenuisse putes. E.V.T. Et mirabiliora insuper, ò Socrates, que multis occultata sunt. s.o.c. Bellum igitur inter deos agitari iniuicem arbitraris, inimicitia que graues & pugnas aliæque permulta, quæ à poëris, & peritis scriptoribus memorantur? Vnde & alia nobis sacra huiusmodi varietate sunt plena, & in magnis Panathenæis pepulum istarum varietatō plenum in arcem inferunt. An hæc vera, ò Euthyphro, esse fatebimur? E.V.T. Non hæc sola ò Socrates, sed quod paulò antè dixeram, alia quoque multa, si velis, de diuinis exponam: que cum audieris, fat scio obstupesces. s.o.c. Nequaquam miraretur verum ista deinceps maiori cum otio referes, in præsentia verò quod modo queriū explicare plantis nitere. Neque enim principio sufficenter amice me docuisti, cum quid sanctum esset interrogarem: sed id sanctum esse dixisti, quod tu nunc ageres, dum necis reum patrem tuum accusas. E.V.T. Et vera nimirum, ò Socrates dixi. s.o.c. Fortè, sed num alia multa, ò Euthyphro sancta nuncupas? E.V.T. Et alia. s.o.c. Recordare igitur quòd non te hortabar, vt vnū me aut duo ex multis sanctis, sed illam ipsam speciem, qua cuncta sancta, sunt sancta, doceres. Dixisti enim vna idea omnia sancta, sancta esse, atque vna iterū qua sunt prophana, prophana. An non meministi? E.V.T. Equidem. s.o.c. Quænam sit igitur ea ipsa idea mihi demonstra, vt ad illam respiciens, cæque tanquam exemplari aliquo vtens, quodeunque tu, vel alius quiuis tale facias, sanctum esse dicat: quod autem dissimile, negem. E.V.T. Si ita vis ò Socrates, ita dicam. s.o.c. Imò volo. E.V.T. Quod qui-

dem dilectum diis, sanctum est: quod verò non dilectum, prophanum. s.o.c.R. Quam pulcherrime, ò Euthyphro, vt que te responderi volebam, sic nunc respondisti: vt tamen verum responderis, nondum noui, sed tu plane vera hæc esse nobis ostendit. E.V.T. Omnino quidem. s.o.c.R. Age itaque, id de quo dicemus, consideremus. Deo dilectum opus sanctum, ac vir Deo dilectus, sanctus: opus autem iniuicem Deo prophanum, & vir Deo iniuicem, prophanus dicitur. Sanctum vero & prophanum non eadem sunt, sed omnino contraria. nonne? E.V.T. Sic est. s.o.c.R. Num probè dicta hæc esse videntur? E.V.T. Sic existimo, dicta enim sunt. s.o.c. Nonne dictum est deos iniuicem dissidere, atque pingnare, inimicitiasque inter eos esse: hocne etiam dictum. E.V.T. Dictum profectò. s.o.c. Inimicitias autem & iras, ò optime, dissensio de quibusdam gignit. Hoc ita consideremus: nunquid ego & tu de numero dissidentium, vtra sint plura discutentes, dissensio huiusmodi nos inimicos faceret, & iracundiam cōcitaret: an potius ad computandi rationem confugientes, mox ab hac dissensione cessaremus? E.V.T. Profus. s.o.c. Et si de maiori ac minori dissidentium, nonne ad mensuram recurreret, statim controuersiam solueremus? E.V.T. Vera hæc sunt. s.o.c. Ac si ad ponderandū librandū quæ tendamus, controuersiam circa grauius, & leuius dissolue mus? E.V.T. Quidni? s.o.c. Quæ sunt igitur ea de quibus quom dissidentium, neciudicare facile possumus, inimici efficiamur, & iracimur? Fortitan in promptu non habes. Verum ego dicam, tu considera vtrum ista sint, iustum, & iniustum: pulchrum, & turpe: bonumque, & malum. nunquid hæc sunt de quibus cum dissidentium, nec possimus ad sufficientes horum iudicium peruenire, hostes efficiamur quoties efficiamur, & ego & tu, ac demum homines vniuersi? E.V.T. Hæc ipsa certè dissensio est, ò Socrates, & que circa ista igitur. s.o.c.R. Et dii ò Euthyphro, si de aliquo dissident, de his certè dissident. E.V.T. Necesse est omnino. s.o.c. Ex diis itaque, ò generose Euthyphro, alij alia iusta putant secundum orationem tuam, & pulchra, & turpia, bonaque & mala. Nunquam enim iniuicem decerarent, nisi de his dissident. an non? E.V.T. Rectè loqueris. s.o.c. Nonne quæ pulchra singulis putant, bonaque & iusta, hæc amant? que contraria, profus oderunt? E.V.T. Omnino. s.o.c. Eadem verò, vt ais, alij iusta, iniusta alij censent, de quibus dissidentiantes contendunt iniuicem, atque pugnant. num ita? E.V.T. Ita. s.o.c. Eadem igitur vt videtur, à diis amantur, odiosque habentur, atque eadem hæc tum diis amica, tum etiam inimica. E.V.T. Videtur. s.o.c. Hac ratione, ò Euthyphro, eadem sancta erūt simul atque prophana. E.V.T. Apparet. s.o.c.R. Non ergo quod querueram, ò vir admirabilis, respōdisti. non enim id volebam, quod & sanctum & prophanum simul esse contingit: quod verò Deo amicum est, Deo quoque iniuicem esse videtur. quamobrem ò Euthyphro, quod nunc agis parentem puniens, nihil mirum esset, si dum hoc agis, rem ageres, quæ Ioui probaretur. Saturno autem, & Cælio iniuicem: & Vulcano quidem gratum, Junoni molestū, & si quis deorum alium de ipso ab alio dissidet, circa illos enim similitur eueniret. E.V.T. At opinor, ò Socrates, in hoc deorum nullum ab alio discrepare, quòd qui iniuste quenquam peremit, penas pendere non debeat. s.o.c. Num hominem aliquem

Secunda definitio sancti reddita.

Dissensio de re facit iras & inimicitias.

Iusta, & iniusta, pulchra & turpia, bona, & mala sunt ea que quis non possunt iudicare, ita sentiant.

o Euthyphro, de hoc aliquando dubitatem audisti, quod hominem iniuste occiderent, aut aliquid aliud agentem iniuste, penas dare non deceat: v. t. Nunquam deus disceptare cum alibi, tum etiam in iudiciis cessat, qui enim peccaverunt, cuncta dicere & agere ex peruntur, quibus poenam deventur: s. o. c. An iniuste agere consentitur: ac simul aut penas pendere no deceat: v. t. Id nullo modo, s. o. c. Non ergo comela dicunt faciuntque: hoc enim vt arbitror dicere, aut ambigere nequaquam audent, quod de iniustis supplicium sumendum non sit: sed autem potius non iniuste fecisse, an non: v. t. Vera loqueris: s. o. c. Haud igitur de hoc ambigant, vtrum iniustum puniri oportet: verum de hoc potius inter se disceptat, quis iniuste fecit, & quid agendo, & quid dicit: v. t. Vera narras: s. o. c. Nonne eadem hanc discedunt, si de iustis atque iniustis, vt oratio tua referatur, dissentiant? Atque ij quidem iniuste facere asserunt, alij negant, postquam illud, o vt mirabilis, nullus hominum, vel deorum dicere audeat, iniustum videlicet penas nequaquam dare debere: v. t. Ita vera enim summatim dicit, o Socrates: s. o. c. De vno quoque vt potero, eorum que facta sunt, disceptabo: o Euthyphro, quicunque ambigunt, siue homines, siue dii: modo dii ambigunt, dum de aliqua adione dissentiant, partim quidem iustam, partim vero iniustam fuisse dicentes. An non isto modo: v. t. v. t. Omnino, s. o. c. Age igitur, o amice Euthyphro, me quoque vt sapientior fiam, doce, qua coniectura potissimum asseris, quod dii cuncti illi iniuste peremptum existiment, qui mercede ministras homicida factus ab interfecti dominovinctus, vinculis ante perit, quam qui ligaverat, a iuris interprete quid aliud cognosceret: atque ob hoc rectum esse vt filius patrem in capitis discrimine inducat: Age obsecro, de his aliquid mihi clari demonstrare coneris, quod omnino dii omnes vel maxime actionem hanc recta existiment: quod si sufficienter ostenderis, nunquam sapientia tua laudes predicare desista: v. t. At forte non parum opus est hoc, o Socrates: nam ostendere quidem plane admodum tibi possem: s. o. c. Intellego iam, quod ad percipiendum tardior quam iudices esse tibi videor: quippe cu illis liquido monstraturus fies, hac esse iniusta, omnique talia deos odisse: v. t. Persequere nimum, o Socrates, modo me dicentem audiant: s. o. c. At qui audient, si bene dicere illis videberis. Illud autem loquente te cogito, & me ipsum obsecro, quod licet vel maxime Euthyphro me doceat, deos omnes hac mortem iniustam dicere, qui magis inde ab Euthyphrone didicerit, quid sanctum, quidve prophanum sit: Deo quidem inimici opus hoc esset: attamen ab hoc paulo ante discreta hanc esse minime visa sunt, sanctum scilicet, & non sanctum: quod enim Deo amicum, Deo etiam inimicum apparuit. Quamobrem hoc tibi dimitta, o Euthyphro: & si vis, dii omnes iniustum putent, & oderint. Veruntamen hoc ia in sermone sic emendamus, vt quod dii omnes oderint prophanum: quod contra omnes ament, sanctum sit. Quae vero alij quidem ament, alij vero oderint, neutra sint, vel simul ambo. Num ita vis non sanctum, & prophanum no bis esse distinctum: v. t. Quid, o Socrates prohibet: s. o. c. Nihil ad me, o Euthyphro, sed tu quod ad te attinet, cogita vtrum ista ponens, sic me facile quod pollicitus es, doceas: v. t. Equidem sanctum quod dii omnes ament, esse faterer: prophanum contra, quod omnes oderint: s. o. c. An hoc iterum discutien-

Tertia definitio.

dum, vtrum recte dicator necne: vel potius omittendum, atque ita & nobilitate & aliis indulgere debemus, vt qui quod dicta fuerit, admittamus: an quod dictum examinandum: v. t. Quod attendendum, quamquam hoc nunc bene dictum existimo. s. o. c. Fortitan, o bone vir, melius ista huc intelligemus: fies enim cogita, vtrum sanctum quia sanctum est, a diis amatur: vel quia a diis amatur, est sanctum: v. t. Haud intelligo quod dicas, o Socrates: s. o. c. Apertius explicare conabor. Dicimus quiddam latum & ferens, ductum & ducens, visum & videns, atque huiusmodi cuncta: num hac diuersa esse, & qua diuersa sunt intelligis: v. t. Intelligere mihi videor: s. o. c. Nonne & amatum aliquid est, & aliud prater hoc amans: v. t. v. t. Quidne: s. o. c. Dic obsecro latum quia fertur, latum est, an ob aliquid aliud: v. t. v. t. Nequaquam, imo ob hoc ipsum. s. o. c. Et ductum similiter quia ducitur, & visum quia videtur: v. t. v. t. Maxime. s. o. c. Non ergo quia visum est videtur, sed contra, quia videtur, est visum: nec quia dictum ducitur, sed quia ducitur, ductum: nec quia latum fertur, sed quia fertur, est latum: nonne perspicuum est, o Euthyphro, quid inferre velim? Volo autem hoc siquid sit, aut patitur aliquid, non quia factum est sit, sed quia fit potius factum: nec etiam quia patiens est patitur, sed quia patitur patiens. Admitte hanc: v. t. Admitto equidem: s. o. c. Nonne & amatum aut factum aliquid est, ut aliquid ab aliquo patiens: v. t. v. t. Profus. s. o. c. Hoc igitur eodem modo quo superiora se habet: non quia amatum est, amatur: a quibus amatur, sed quia factum amatum: v. t. v. t. Necesso. s. o. c. Quid itaque de amato dicimus, o Euthyphro: an quod ab omnibus diis amatur, vt oratio tua testatur: v. t. Imo, s. o. c. R. A. Nunquid ob hoc quod sanctum est, an ob aliud quiddam: v. t. v. t. Ob hoc ipsum. s. o. c. R. A. Ergo quoniam sanctum est, amatur, non quoniam amatur est sanctum. v. t. v. t. Videtur: s. o. c. Veruntamen quoniam a diis amatur, amatum est, atque diis amicum. v. t. v. t. Quid prohibet: s. o. c. Non ergo Deo amicum, sanctum est, o Euthyphro, neque sanctum amicum Deo, vt tu as, sed hoc aliud est quam illud. v. t. v. t. Quam ratione o Socrates: s. o. c. Quoniam consistitur sanctum ob id amari, quia sanctum est: non quia amatur, esse sanctum: nonne: v. t. v. t. Certes. s. o. c. Amatum autem a Deo, eo ipso quo amatur a Deo, Deo amatum esse, non quia amatum a Deo, amari. v. t. v. t. Vera loqueris. s. o. c. Verum si o amice Euthyphro, idem esset Deo amatum atque sanctum, tunc aut quia sanctum est, amaretur quod est sanctum, atque ita quia Deo amatum amaretur a Deo quod Deo amatum est, aut quia amaretur a Deo quod amatum Deo est, Deo amatum esset, atque ita quod sanctum est, ex eo quod amaretur esset sanctum. Nunc autem vides quod oppo sit: modo se habent, vt pote que inter se diuersa sunt, hoc enim, scilicet amatum Deo, quia amatur, tale est vt sit amatum. Illud autem scilicet sanctum, quia tale est vt ametur, amatur, & amatum est. Videlicet o Euthyphro, quum quid sanctum sit, interrogatus fueris, essentiam illius ostendere noluisse, sed passionem quandam assignauisse, quam hoc sanctum suscepit, ab omnibus videlicet diis amari: quid autem sit, nundum explicuisti. Si itaque tibi placet, ne me celes, verum a principio rursus desinas, quid ipsum sanctum existens, vel amatur a Deo, vel aliud quidvis patitur: neque enim de hoc inuicem dididimus. Sed prompte ia dicas quid sanctum est, quidve

proph

Opera De-
deli.

Carpitur id,
vbi timor,
ibi & pudor.

Præcipuum
sord opus.
Præcipuum
opus agrico
larum.

prophanum. v. t. At, o Socrates, quomodo tibi quod cogito, exprimum, non inuenio. Semper enim nobis quod propofimus, oberrat, neque consistere vult vbi iustitiam. s. o. c. Progenitoris nostri Dædali, o Euthyphro, opera esse quae dixisti, videtur. Quod si ego illa dixissem atque posuissem, forte me risissem (soco quodam obiciens) quod orationis mea artificia secundum illius cognatione diffugiunt, neque permanere vult, vbi quia illa locavit. Nunc autem cum tuæ suppositiones istae sint alia quadam opus est dicatate: neque enim tibi permanere volunt, vt tibi quoque videtur. v. t. Imo mihi videtur, o Socrates, quae dicta abs te sunt, eadem penè dicatitate iocoque notari posse: quod enim illa oberrant, ego minime in causa sum, sed tu mihi Dædali ipse videris: quatum naque in me est, sic illa misissent. s. o. c. Videor igitur, o amice, eo in hac arte quam ille praestantior, quo ille sua solum infabilia fabricabat, ego autem prater mea, vt appareat, etiam aliena. Idque mihi est in arte pulcherrimum, quod inueni sum sapiens. Malim nanque rationes mihi manere, imobilisque consistere, quam supra Dædali sapientiam, Tantali quoque diuitias assequi. Atque hęc quidem satis Postquam vero tanquam delicatior, laborē subferregeri mihi videris, ego vna tecū declarare cōtendat, vt me circa ipsum sanctum erudias, nec in medio sermone deficias. Vide nanque num tibi nec cessarium videatur omne sanctum esse iustum. v. t. v. t. Mihi verò. s. o. c. Niquid igitur & omne iustum sanctum: aut potius omne sanctum iustum? Iustum verò no omne quidem sanctum, sed partim sanctum, partim aliud quiddam? v. t. v. t. Ego verò ista verba tua haud consequor. s. o. c. Veruntamen iunior me nihilominus quam sapientior es, sed, vt dixi, delicatior es ob sapientia copia. At o beate, vires tuae excita, enitere. Nihil enim arduum est quod dicebam cōprehendere. Contra enim istatu quod Poeta, qui dicit:

*Scribere cur me tuam, quam serbo de Ioue summo?
Nanque metus scum locum trahit sique pudorem.*

Ego autem a Poeta hoc discrepo: vis quod discrepo tibi dicam: v. t. Profus. s. o. c. Non videtur mihi vbi-que timor est, ibi etiam pudor existere. Nam multi mihi videntur paupertatem ac mobos ceteraq; huiusmodi metuentes, timere quidem, neque tamen pudore villo in his affici quae timent, neque enim idem videtur: v. t. Et mihi. s. o. c. At vbi-que pudor, ibi & timor. An quisquam est qui pudore afficitur atque erubescit, opinionē prauitatis non formidans: v. t. Formidat certe. s. o. c. Haud igitur recte dicitur, vbi timor, vbi pudor, sed vbi pudor, ibi & timor: neque tamē (vice versa) vbi-que timor, ibi etiam pudor. Amplior enim vt arbitror, est timor quam pudor: siquidem pars timoris est pudor, quem admodum numeri pars est impar. Ideoq; non vbi-que timor, ibi impar: vbi tamen impar, & numerus est: nonne nunc assequeris: v. t. Maxime, s. o. c. De hoc igitur in superioribus percontabar, verum vbi iustum, ibi & sanctum: an vbi sanctum: ibi iustum: vbi tamen iustum, non semper & sanctum: pars quippe iusti sanctum est. Itene igitur, an aliter dicemus? v. t. Sic vtiq; probè enim dici videtur. s. o. c. Vide vter quod sequitur: si enim sanctum iusti pars est, oportet nos, vt appareat, cuiusmodi iusti pars sanctum sit, inuenire. Si tu ergo me modo aliquid praedictorum interrogares, vt puta par, cuiusmodi pars numeri, & quis numerus sit: responderem profecto, qui no lateret omnium inaequalium, sed equa-

lium duorum sit. An non idem tibi videtur: v. t. v. t. Mihi certè. s. o. c. Conare igitur tu quoque meita docere, cuiusmodi iusti pars sanctum est, & Melior consistem obicitiam, ne vltius iniustitia nos & im pietatis accuset: quippe cum abs te que pia, quae sancta, quaeque contraria sunt, quoniam satis est, didicimus. v. t. v. t. Iusti igitur partem, o Socrates, sanctum & piū esse reor, quae scilicet circa deorum curam versatur. Eam vero quae ad hominum curam pertinet, reliquam esse iustitia partem. s. o. c. Probè o Euthyphro, dicere mihi videris, sed paulum quod praterca requiro. Curam enim quam voces, nodum intelligo. Neq; forte dicis hanc curam quae ad Deos spectat talem esse, quales curae sunt quae ad alia spectant. Vt ecce cum dicimus: Non quisque equocurare nouit, sed equester non? v. t. Profus. s. o. c. Equestris nanque facultas equorum cura est. v. t. v. t. Vtique. s. o. c. Venatoria enim, & bucolica bouum. v. t. v. t. Omnino. s. o. c. Sanctitas autem ac pietas cura deorum, Siene, o Euthyphro asseris: v. t. v. t. Affero. s. o. c. An non cura omnis idem intendit, vt hoc huiusmodi bono & vtilitatis sit: quod curatur? vt equi ab equestri diligentia iuantur, ac meliores euadunt. An non sic videtur? v. t. v. t. Mihi placet. s. o. c. R. A. Et canes a venatorio peritia, & a bucolica boues, ac reliqua cuncta similitur. Aut vero in damnum eius quod curatur, curam tendere putas: v. t. Non per Iouem. s. o. c. Ad vtilitatem vero: v. t. v. t. Quidne? s. o. c. Sanctitas quoque cum deorum cura sit, distinet prodest, ac meliores efficit: cur no hoc tu perquam concederes, vt cum sanctum quippiam peragas, deorum aliquid facias meliorē: v. t. v. t. Nunquam per Iouem. s. o. c. Neque ego, o Euthyphro, id te dicere arbitror: longè enim a me suspicio haec abest: propterea te rogavi qualemna curam deorum diceres non existimas huiusmodi, quando te dicere. v. t. v. t. Et rectè quidem, o Socrates, non enim tale assero. s. o. c. Esto, sed quemnam tandem deorum curam sanctitas erit? v. t. v. t. Quae, o Socrates, serui dominos curant. s. o. c. Intellego ministra quaedam deorum, vt videtur, cura hanc erit. v. t. Profus. s. o. c. Potène igitur dicere, ad quid suppeditet medicis cura medicorum ministrat: nonne ad sanitatem? v. t. v. t. Ad hanc ipsam. s. o. c. Ministra verò facultas eorum qui naues construunt, ad quid illis ministrat? v. t. v. t. Nimirum o Socrates, ad nauis fabricam. s. o. c. Et quae domorum aedificatoribus, nonne ad domus constructionem? v. t. v. t. Certè. s. o. c. Dic itaque mihi vt optime, cura illa ministra deorum, ad cuius operis effectum diis obsequitur? perspicuum est enim te scire, cum diuina te nosse praeter ceteris omnibus affirmas. v. t. v. t. Et vera loquor, o Socrates. s. o. c. Dic ergo per Iouem, quid est ministrum hoc opus, quod dii nobis ministrantibus faciunt? v. t. v. t. Multa profecto ac pulchra, o Socrates. s. o. c. Exeratus quoque duces (multa & pulchra efficiunt) o amice: veruntamen facile praecipuum diceres opus illorum esse in praelio superare, an non? v. t. v. t. Quidnis? o. Multa praterca atque pulchra, vt arbitror, agricultores: summa tamen illorum est, ex terra alimenta colligere. v. t. v. t. Profus. s. o. c. Multorum verò, pulcherrimumque facinorū quae dii persciant, quae nam summa existit? v. t. v. t. Etiam paulo ante dixi, o Socrates, prolixo operis esse hanc omnia perfecit & cōprehendere. Sic autem nunc tibi simpliciter dico, quod si quis grata diis loqui & agere nouit, vouens, atq; sacrificans, hanc sancta sunt: atque hanc officia, tum domos proprias, tum ciuitates

Definitio
sancti: inci-
pit apparet.

Omnis cura
eo tendit, vt
bonum & v-
tile ei quod
curatur asse-
ratur.

Præcipuum
sord opus.
Præcipuum
opus agrico
larum.

Definitio a-
lia facti.

Sacrificare
quid.
uocare quid.

conferunt. Contraria vero iis quae diis grata sunt, impii sunt, & vnicersa peruertunt ac perdunt. s. o. c. Pacionibus admodum, & Euthyphro, si voluisset, summam eorum quae rogabam explicuisset: sed factis appareret, quam non promptus & libens ad me docendum accedat: etenim nunc cum in hoc esses, resiliabes: quod si respondisses, fortassis dudum sanctitatem ab te didicissem: nunc autem (necesse est enim interrogantem interrogatum sequi quacumque ducit) quod tandem dicis sanctum esse, atque sanctitatem in omnem scientiam quandam vovendi, atque sacrificandi? **E. V. T.** Equidem. s. o. Nonne sacrificare est munera diis offerre? **V. T.** Vovere autem, a diis petere? **E. V. T.** Et maxime quidem, o Socrates. s. o. Scientia ergo & diis dadi, & ab iis petendi, hoc quidem pacto sanctitas erit. **E. V. T.** Perpulchre, o Socrates, quod dicebam intellexisti. **S. O. C. R. A.** Audis sum o amice, sapientia tua, mentemque adhibeo, nec ex cedere quicquam parat frustra. At mihi dicas, oro, quemnam haec est ministratio erga deos? An esse dicis ab iis petere aliquid, & iis dare? **E. V. T.** Certè. s. o. **C. R.** Rectè ab illis petere, nonne est ea petere quibus egemus? **E. V. T.** Quid ergo? s. o. **C. R.** Rectè autem dare, ea quibus indigent illis offerre? Neque enim scitum esset, ea aliqui quibus non indiget clariri. **E. V. T. H.** Vera naras, o Socrates. s. o. **C. R.** Mercatura igitur, o Euthyphro, inter deos & homines mutua quaedam sanctitas erit. **E. V. T.** Mercatura, si sic nominari lubet. s. o. **S.** At nihil mihi placet, nisi sit verum. Dic ergo, quemnam diis ex munere nostris vitulas? Nam quae ipsi dent, nemo est qui ignoret. Nihil enim nobis est bonum, nisi illi prebeant: quae vero à nobis accipiunt, quid illis conferunt? An tæto ipsis in hac mercatura praestantur, ut cum nos omnia ab illis bona sita scipiamus, ipsi nihil à nobis boni reportent? **E. V. T. H.** Non opinaris, o Socrates, deos iis, quae à nobis accipiunt, aliqua ex parte iuvari? s. o. **A. T.** quod tandem erunt haec nostra dona diis oblata? **E. V. T. H.** Quid putas aliud quam honorem, venerationem, & vt modo dixi, gratiam? s. o. **E. T.** igitur, o Euthyphro, gratiosum diis, sanctum, non autem vtile, aut amicum? **E. V. T.** Reor equidem maxime omnium amicum, s. o. Igitur sanctum rursum vt videtur est, quod sit diis amicum? **E. V. T.** Maxime. s. o. **A. T.** est mirum igitur cum hec dicas, quod rationes tibi nequaquam consistere, sed vacillare potius videntur, ac me veluti Dardalum culpās, quod cas nutare cōpellam? cum tamen ipse longe admodum artificiosior sis quam Dardalus, dum ipse facis, vt sermones in circulum reuoluantur. An non sentis orationem rursum in idem resuere? Meministi enim in superioribus sanctum & dilectum Deo haud eadem, sed diuersa inuicem apparuisse: an non meministi? **E. V. T.** Memini. s. o. **C. R.** Nunc verò nequaquam animaduertis te sanctum deo amicum dicere: hoc autè nihil aliud est quam deo dilectum. An non? **E. V. T. H.** Omnino. s. o. **C. R.** Ergo aut tunc non rectè concessimus, aut si rectè tunc, modo, non rectè iudicauerimus. **E. V. T.** Videtur. s. o. **C. R.** Igitur à principio rursum quid sanctum sit, examinandum est. Nam ego antequam discam, lubenti animo deteritrus nõ discedam. Sed ne me contemnas, imò mentem penitus adhibens quam maxime nunc exprime veritatem. Nosti enim si quis hominum alius. Neque dimittendus es, quemadmodum Proteus, primumquam dixeris. Nam nisi iudico sanctum ac prophanum nouisses, nõquam mercenarij cuiusda gratia, virum senem & patrè vt reum mortis persequi statuisses, sed

deos timuisses, ne forte minus id rectè aggredereris, atque homines veruisses. Nunc autem noui quod sanctum & prophanum nõ esse plane opinaris. Dice igitur optime Euthyphro, neque nos celes quod ipsum esse putēs. **E. V. T. H.** Alias, o Socrates, nunc enim aliò propro, & hora est vt abeam. s. o. **C. R.** Quid agis amice? Magna de te me nunc abiens deicicisti, quae sperabam abs te quid sanctum, quid non sanctum diceret, atque Meliti accusationem euadere, ostendens illi quod neque Euthyphro diuino sapientiam adeptus fuerim, & abeque vltieris ex mea rudiq; sententia nouum aliquid de diuinis inducturus sim, sed reliquum omne tempus rectius mihi victurus.

PARMENIDES, VEL, DE VNO RERVM OMNIVM PRINCIPIO, ET DE IDEIS.

MARSILII FIGINI ARGUMENTVM.

C. In Plato omnes eius dialogos totius sapientiae semina pariter in libro de Reipublica moralis philosophia in summa collegit, omnem naturalium rerum scientiam in **Timo**, vnicersam in **Parmede** complexus est: theologiae: **caem**, in aliis locis interuallo cetera philosophos adhaeserunt, in hoc tandem seipsum superasse vultens, & ex diuina mentis aditu inuicem, philosophia sacrosanctae hae opae diuinitatis de prompisse. Ad cuius sacrosanctae lectionem quisquis accedit, prius sobrietate animi, mentisq; libertate se praeparat: quam adtrellare mysteria coelestis operis audeat. Hic enim dicitur **Plato** de ipso vno subtilissime disputat, quemadmodum ipsum vnum rerum omnium principium est, super omnia, & omniaq; ab illo. Quia patet ipsum extra omnia sit, & in omnibus, omniaq; ex illo, per illud, atque ad illud. Ad huius quod super essentiam est, vnum intelligentiam gradum ascendit, vnum quippe in rebus ordine reperitur. In us que sunt, atque sensibilibus subsistentur, & sensibilia nominantur. In us etiam que semper eadem sunt, & intelligibilia nuncupantur, non sensibilia, amplius, sed sola mente percipienda. Nec nisi tantum verum certans supra sensum & sensibilibus intelligendum, & intelligibilia ipsum vnum existit. Quamobrem hoc in dialogo **Zeno Eleates** primo **Parmenides** Pythagorae discipulus vnum esse in se subsistens probat, aut edens quod si haec multa essent, nullo modo vnum natura participantia, errores plures sequerentur. Deinde **Socrates** Zenoni non repugnat quidem, sed cum alijs eleatis, ad considerationem vni & vniuersi que in rebus intelligibilibus insunt, perducit: ne in hoc quo quod sensibilibus, inest, mouetur. Ex hoc igitur ad ideas innititur, atque peruenit, ut quilibet rerum vnicates conspiciat. Post rem **Parmenides** ipse sensus hanc quam **Socrates** contradicens, sed inuoluntatam contemplatorem cuius absolutens, integram ideatum explicat rationem. **P.** Igitur deo quae sunt, & quorum minime. Tertia quae sunt, quae sunt, & quorum minime. Quarta quomodo ab us que in se ipsa sunt, & participantur. Hinc iam ad vnum quod super intelligibilia & ideas existit, ascendit ipse, non enim de alijs suppositiuae adducit, quoniam si non sit, quatuor si non sit vnum, quare quid vnum sequatur. Haec vero suppositiones a rebus vniuersi, & duplices ipsas non esse pariter ne ducuntur. **V. T.** non quippe vniuersi, super esse non esse, post esse reperitur. Ipsum vero non esse, gemina consideratione subsistentur. Aut enim nullo modo esse, aut pariter esse, pariter non esse quis cogitat. Prima itaque suppositio tractata, si vnum super esse existit, quid circueat ad ipsum, & ad alia sequitur. Secunda si vnum esse est, quomodo se habeat ad seipsum, atque ad alia. Tertia, si vnum sub esse ponitur, quid illud ad seipsum aliis que continetur. Quarta si vnum super esse consistit, quomodo se habeat ad se, & ad alia. Quinta si est illud vnum quod cum esse locatur, quid alia ad se, & ad alia accidit. Sexta, si non est vnum ita vt pariter sit, pariter non sit, quae se ratione ad se, & ad alia habeat. Septima, si non sit vnum ita vt nullo modo sit, quae se ad se, pariter non sit, quid alia ad se, & ad alia ementur. Nonna, si non sit vnum ita vt nullo modo sit, quid alia ad se, & ad alia deinceps participantur. In us omnibus generum sententiis, **Parmenides**, postquam hoc

Nouem sup-
positiones
de vno.

Hic videtur
desistere vna
alia suppositio,
quae dicitur,
si vnum
sub esse po-
natur, quomodo se ha-
beat ad se,
& ad se, &
ad vnum.

affr

Vnum.

Aliud &
alia.

Occasio dis-
logi.



CEPHALVS, ADIMANTVS, ANTIPTHO, GLAVCO, PYTHODORVS, SOCRATES, ZENO, PARMENIDES.

V. In domo è Clazomene Athenas profecti essemus, iuxta forum Adimantum & Glauconem offendimus. Et manum meam prehendens Adimantum, Salue, inquit, o Cephalè, & si quo indiges quod noitra facultatis sit, dic. At ego, inquam, ad id veni, quia vestra opera indigeam. Expone, inquit, quid sit quo indiges. Tum ego, Fratri vestro germano quod nomen erat: non enim memini. Erat enim ferme puer, quando primum huic Clazomene accessi. longum verò intercessit temporis interuallum. Patri tamen eius Pyrilampes nomen fuisse arbitror. Profus, inquit, ipsi vero nomen Antipho. sed quid potissimum queris? Hi, inquam, concius mei ardentens sunt sapientiam amatores, audierintque hunc Antiphonem diu Pythodoros Zenonis socio familiariter vsum, rationes quas quondam Socrates, Zeno, atque Parmenides inuicem pertractarunt, cum à Pythodoro frequenter accepisset, memoria retinere. Vera, inquit, dicis. Has itaque audire desideramus. Haud difficile est, inquit, nam dum esset adolefcentulus, eas diligenter meditabatur. Nunc verò apud amum, cui idem est nomen, circa rem equestrem vt plurimum versatur. Ceterum, si opus est, ad eum proficiscamur, modo enim hinc domum abit. habitat autem prope in Melita. Cum haec dicta fuissent, accessimus, domique inuenimus Antiphonem fratrem quoddam aptandum fabricadentem. Postquam verò ab illo discessit, & fratres aduentus nostri causam retulerunt, agnouit me quod prius illuc accessissem, & complexum me salutauit. Nobis autem orantibus, vt disputationem illam referret, primum quidem recitauit (est enim opere non mediocri) deinde etiam exposuit. Dicebat ergo Antipho, Pythodorum narrasse, Zenonem atque Parmenidem venisse quondam ad magnorum Panathenaeorum celebratam, & Parmenidem iam senem atque carum, aspectu decorum fuisse, annos ferme quinque & sexaginta aetatis agentem: Zenonem verò annos pene quadraginta natum, procerum insuper, & grato corporis habitu dicebatur autem in delicijs Parmenidis esse. Diuertisse vero apud Pythodorum extra mentem, in Ceramico, ac eodem aduentasse Socratem, aliofque cum Socrate plurimos scripta Zenonis audire cupientes: tunc enim primum ab illis aduecta. Socratem verò eo tempore admodum iuuenem exti-

tisse, legisse autem illis Zenonem ipsum. Parmenidem enim forte extra domum fuisse. Ac parum superfluum legendum Pythodorus aiebat, cum intrasset domum ipse vna cum Parmenide & Aristotele, qui de triginta viris vnus fuit. Itaque pauca quae legenda restabant, audisse: Veritatem à Zenone prius omnia percipisse.

S. Socratem igitur cum ea audisset, primam primis sermonis hypothesin relegere iussisse, ac alecta, sic intulisse. Quomodo id dicis, o Zeno, si multa sunt quae sunt, oportere ea similia, atque dissimilia esse est enim impossibile. Neque enim vel dissimilia similia, vel similia dissimilia esse possunt. Nonne sic dicis? Sic certè, respondisse Zenonem. Nonne si multa essent, dissimilia similia, aut similia dissimilia esse, impossibile est etiam multa esse? Nam si multa essent, impossibile quiddam esse accidat. Num hoc Socrates tui voluit? neque aliud quicquam intendunt: quam per omnia asserere non esse multa, huiusque ipsius vnamquamque rationem coniecturam esse putas, ac totidem coniecturas attulisse te censet, quot rationes attulisti, quod multa non sint? Sicne dicis? An ipse non rectè percipio? Imò, respondisse Zenonem, optime qui haec scripta sentiant, intellexisti. Intelligo, dixisse Socratem, o Parmenides, quod Zeno hic non amicitia solum conspiciat vult tecum, sed iis etiam quae composuit. Idem enim quodammodo quod & tu, scripsit: verum permutatione quadam non decipere tentat, quasi aliquid quam tu dicat. Nam tu in poematibus vnum vis esse hoc totum quod est, atque huius argumenta quam pulcherrima exhibes. Hic vero multa esse negat, coniecturas & ipse permutat ac validas praebens. Dum ergo alter vnum dicit, alter non multa, & cum in modum vterque loquitur, vt non videatur idem inferre, cum tamen eadem ferre dicant, videntur nobis ista supra nos dici. Ita est, o Socrates, dixisse Zenonem, non omnino tamen rem tenes, quamuis ceu canes Lacena bene infenset, & vestigia dicta. Primum enim hoc te fallit, quod se tollant idcirco scripta, vt si, quod tu putas, exterius consequi non possint, magnum quiddam sit nobis confectum. Sed quod quaesitum tu putas, vltro sic euenit. Sunt enim haec reuera conscripta in suffragium Parmenidis, aduersus eos qui illum capere nituntur, dicentes: si quidem vnum sit omne, ridicula plurima huic opinioni, ac etiam si hi penitus repugnantia euentura. Oppugnat igitur eos scriptum hoc qui multa esse vult, ac plurima vicissim obicit, vt pateat multo absurdiora ex opinione illorum sequi, quod scilicet multa sint, quam ex opinione Parmenidis quod sit vnum, si quis diligenter examinare. Ob hanc itaque contentionem in ipsa inuenture librum composuit, quem surreptis quispian edidit antequam consultare mihi liceret, an edendus esset in lucem, necne. Id ergo te fugit, o Socrates, quod existimas non iuuenili contentione, sed senili ambitione scriptum fuisse. Veritatem, vt dixi, non inpetre contiebit. Accipio, inquit Socrates, & puto sic te, vt dicis, habere.

DE IDEIS QVÆ DAM.

S. Sed hoc mihi responde, putasse esse per se speciem quandam similitudinis: & huius aliam quandam contrariam dissimilitudinis speciem: in quibus duabus & ego, & tu participemus, & alia quae